

D.  
V.  
S.

Astrea cultor. scelera propulsor acerbus.  
Destuctor falsa, sed dignae nomine gentis  
Verus custos; et fidei defensor, amator,  
Securi pacis fabrica, iudiciumq; fabricus.

2.  
V.  
S.  
A.  
V.  
B.  
E.  
N.

Zaelotes aequi, in paruo magnanimus haeros  
Vectus cedit, victor palmamq; reportat.  
Rarus in eloquio, sed profert digna veratu.  
Lilia regalis caelo demissa corona,  
Ardenter proauus, ueneratus more puorud,  
Vivat Rex, inquit, uiuat Ludouicus in aui.  
Bilem seu moueat, multbis seu cibet orexin  
Eius nonne capis. De quo mea carmina / nosse  
Nomina? quarecabel belle te magis docebit.

1) Ueber dem Gedicht steht folgender Text: "In natalem eius."

Von der gleichen Hand wie AH 72/179A - AH 72, 407

180

1601 [September 16./] "16. Calendi Octobris", Zug A  
SCHREIBEN VON AMMANN UND RAT VON STADT UND AMT ZUG AN DEN BI-  
SCHOF VON CHUR [JOHANN V. FLUGI]

"Ea est suae amplitudinis clementia atque benignitas ... et is sui nobilissimi

animi nitor, ut dictum sui bonitatis, magisque nostrorum erga clementissimam suam paternitatem, meritorum fiducia freti ausi simus etiam nunc suam humanitatem taedio afficere atque molestia. Quamobrem veniam iterum atque iterum petimus, Itaque novitium nostrum Petrum Molitorem [=M ü l l e r]<sup>1</sup>, Tuginum mittimus, qui e regionibus nostris, nostrorumque amicorum sanguine, originem trahit, atque ex probis honestisque parentibus legitimum ducit ortum. Quique quam avide desiderat sacris dei misterijs, ac eius ... Ecclesiae inservire. Ut idem ad sacros ordines ... promoveatur, maiore ergo qua possumus charitate illum suae amplitudini commendamus. Nimirum ut adhibita amica, dextera et discreta probatione (si ullo potest fieri modo) nostra intercessione notum consequatur. Et si iuxta tanti sacramenti dignitatem et seriem haud quamquam responderit, ingenuae indolis spes, nostraque pro eo imploratio, suppleat etiam atque etiam obsecramus. Novimus sane omnes ..., quam sit sua clementia ad Catholicae Ecclesiae[!], et eius personis providendum proclivis, ex qua interdum fit, ut suam Reverendissimam dominationem circa huiusmodi negotia magis magisque conveniamus. Quidquid ergo gratiae, beneficij et indulgentiae, iuveni huic, civi nostro contulerit sua clementia, id totum humanitati suae acceptum referemus. Et si quando tempus et occasio, aliqua postulaverit, ne erga suam clementissimam paternitatem, ingrati animi inveniamur satagemus. Praeterea etiam atque otiam rogamus et in domino humillime obsecramus, quatenus, ob benignissimam suam in omnes omnium nationum homines benevolentiam et maximam in nostra religione sacerdotum inopiam, praetactus iuvenis ad dignitatem sacerdotem promoveatur. Si quando noverit sua Reverendissima paternitas penes nos aliquid esse, quod suae pietati conducere queat, obtestamur ut iubere dignetur".

Auf f 409<sup>r</sup> folgt der Anfang eines weitem Briefes. Da aber weder Absender noch Empfänger eruiert werden können und die drei Zeilen nichts Konkretes hergeben, wird auf deren Wiedergabe verzichtet.

1) In Iten/Tugium Sacrum I/II konnte dieser Peter Müller nicht ausfindig gemacht werden.

Kopie, von der gleichen Hand wie AH 72/179B - AH 72, 408-409<sup>r</sup>